Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



126

el sicut ipse ad galatas scribit. Audistis enim con
uersationē meā in iudaismo quia ꝑsequebar ecclam
dī. & expugnabā illā & proficiebā in iudaismo sup
multos coaetaneos in genere meo. abundantius aemu
lator existens paternarū mearū traditionū. Et iterū.
Sed quae mihi fuerunt lucra haec arbitratus sum de
trimenta. tamquā sub enigmatae dicens. Posuer
me custodē in uineis. uineā meā non custodiui. ⁄ XI.
Indica mihi quē diligit anima mea. ubi pascas. ubi cubas
in meridie; Legimus in euangelio. Si dixerint ecce
hic ē xp̄s. Ecce illic nolite exire. hic enim atq; illic
pastes ēē noscuntur. Xp̄s autē in eccl̄a catholica
tamquā in meridie cubans. mundū uniuersū suo
fulgore ꝑfudit. & in spū feruentibus requiescit atq;
ex ea claritate qua orbē uniuersū inradiat cre
dentes in se populos cottidie pascit. ⁄ XII
Neuacari incipiam ꝑgreges sodaliū tuorū. Id ē. site
in ea claritate qua fideliū tuorū uniuersitas con
sistit. habitantē ignorauero. per greges sodaliū.
id ē. ꝑ congregationes heretici orū incipiā oberrare.
sodales quippe xp̄i ex quadā paste heretici appel
lantur. qui natiuitatē passionē. & resurrectionē
ipsius profitentur. Sed quia de ipsis apl̄s dicit.
habentes formā pietatis. uirtutē autē eius abne
gantes. ñ iam sodales. sed aduersarii conprobantur.